

garim, inquam, ideo aput divae Ruminæ sa[c]cellum a
 pastoribus satam ficum. ibi enim solent sacrificari lacte
 pro vino et [pro] lactentibus. mamma[e] enim rumis
 [sive ruminare], ut ante dicebant: a rumi etiam nunc
 5 dicuntur subrumi agni, lactantes a lacte. Qu<i> aspargi 6
 solent sales, melior fossilis quam marinus.

De tonsura ovium primum animadverto, antequam
 incipiam facere, num scabiem aut ulcera habeant, ut,
 si opus est, ante curentur, quam tondeantur. tonsurae
 10 tempus inter aequinoctium vernum et solstitium, cum
 sudare inceperunt oves, a quo sudore recens lana tona
 sucida appellata est. tonsas recentes eodem die perun- 7
 gunt vino et oleo, non nemo admixta cera alba et
 adipe suilla; et si ea tecta solet esse, quam habuit
 15 pellem intectam, eam intrinsecus eadem re perinungunt
 et tegunt rursus. siqua in tonsura plagam accepit,
 eum locum oblinunt pice liquida. oves hirtas tondent
 circiter hordeaceam messem, in aliis locis ante faeni-
 sicia. quidam has bis in anno tondent, ut in Hispania 8
 20 citeriore, ac semenstres faciunt tonsuras: duplicem in-
 pendunt operam, quod sic plus putant fieri lanae, quo
 nomine quidam bis secant prata. diligentiores tege-
 ticularum subiectis oves tondere solent, nequi flocci inter-
 eant. dies ad eam rem sumuntur sereni, et iis id fa- 9
 25 ciunt fere a quarta ad decimam: cum sole calidiore tona,
 ex sudore eius lana fit mollior et ponderosior et co-
 lore meliore. quam demptam ac conglobatam alii vellera,
 alii vellimna appellant: ex quo[rum] vocabulo ani-
 madverti licet prius <in> lana vulsuram quam ton-
 30 suram inventam. qui etiam nunc vellunt, ante triduo
 habent ieiunas, quod languidae minus aegre radices

1 Ruminæ sacellum *Schneider*. rumniae saccellum || 3* pro
del. Keil | e *del. Ursinus e II 1, 20* | rumis v. rumus || 4* *del.*
Keil | nunc *Keil*. inde (*del. Schoell*) || 5 qui aspergi v. qua spargi ||
 6 fossiles (est fossilis v) || 8 scauiem || 14 suilla *Priscianus*. suillo ||
 18 sq. hordeaceam (ordeaceam V) | foenisecia || 28 sq.* vellimna
cod. velamina m et Scaliger | *del. et add. Keil* ||